

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


**Memoria posthuma matronae ... [Trauergedichte auf
Elisabeth Wencker, geb. Berchtold, Gemahlin des
Altammeisters und Dreizehners in Straßburg Johann
Wencker, gest. 5. September 1666]**

Wencker, Elisabeth

Argentorati, [1666]

Dannbauer, Joh. Conr.: "Conquaßata domus Wenckeria morte nec una"

[urn:nbn:de:bsz:31-110206](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110206)



D Dominumque, DEumque redit,
pietate, fideque
Constans in Dominum atq; DEum,
Matrona beata.

Amplis exornata bonis dum viveret, atque
Summis exornanda bonis, quia vivere cœpit
Cum Domino atq; Deo, jam terq; quaterq; beata.
Ex saturata bonis amplis, vitæque diebus
Multis, & splendore domus, & pace quieta.
His tamen haud confisa bonis, Dominumque
Deumque

Prætulit, obtinuit votum, æternumque fruetur.
Sed lugent Patriæ Patres, servabis JESU
Hos Patriæ salvos, fortesque tuere columnas.

*Condolentia, & submissa erga Amplissimam
Domum observantia causa*

Isaacus Faustius, SS. Theol. D.
ejusdemque P. P. Ord. & Ecclesiast.
Collegii Theologici p. t. Decanus.

Conquassata domus WENCKERIA morte nec
unâ,
Uno nec morbo, tamen in radice manebit:

*Vt truncata licet, revirescit latius arbor.
Interea cælos dum complet prolibus, & se,
Sortitur MATER, matrum ipsa corona, coronam.*

Condolentia testandæ gratiâ ascripsit

Joh. Conr. Dannhauer, D.

F*elicem in mundo hoc mortalem reddere possunt,
Anni, conjugium, gloria, liberi, opes;
Post, inquam, veram Cælum erga Religionem,
Sed quis ad humana hæc culmina sortis abit?
Contigit id tibi, quod paucis, Wenckeria mater:
Felix in vitâ diceris ergo tuâ.
Extremum accedit quoque, quod decus omne coronat:
Anno senio mors venit æqua tuo.*

Ult. honor. E.
f.

*Sebastianus Schmidt, S.Th. D.
P. Ord. & Ecclesiastes.*

Nobilissimæ Matronæ

*Suæ quondam Hospitæ beneficentissimæ, nunc
desideratissimæ:*

H*ospita, pro meritis, quod debeo, suscipe carmē
Carmen, Alumna, tibi pignoris instar erit:
(Nam fidei, Patrona, tuæ meminisse juvabit,
Donec in hoc nostro spiritus ore sonat.)*

A 2

Ipsæ